XV



# Actum in Castro Præ-

misslien[si] Feria Quinta post festum Omnium Sanctorum proxima
2/XI. Anno D[omi]ni Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Primo Cora[m]
Gen[erosis] Kiliano Drohoiowski a Drohoiow Surrogat[o] Ca-
pitaneatus Præmislien[sis] Dobrogostio Zapolski Notario Ca-
strensi Præmislien[si] Off[ici]o et Act[is].

## Biliczki recedit ab Inscriptione

41 Comparens personaliter Coram Off[ici]o et Act[is] præsentibus Sur-
rogat[i] Capitaneatus Præmislien[sis] Nobilis Joannes Biliczki
de Districtu Halicien[si] a Palla[ti]natibus Terris Districtibus
Juribusque suis quibusvis proprijs ac foro competenti recedens
sese Jurisdictioni Castren[si] ac Successoribus bonisque suis omnibus
quo ad hunc actum attinet incorporans et subijciens Sanus
mente et corpore existens sponte palam ac per expressa recognovit
Quia ab Inscriptione Terr[estri] Præmislien[si] Arendatoria inter ipsum
et Generosam Reginam de Malczycze relict[am] Consortem Generosi
Joannis Tharlo de Szczekarzowicze Vexiliferi Terr[æ]
Leopolien[sis] facta qua Inscriptione præfata Tharlowa bona
tenute sue post mortem in villa Czaple ac Hortulanos
duos cum Campo dict[o] Sliwszczyna et duos Cmetones
in villa Chmielnicze eidem Biliczki ad certum quot anno-
rum pro summa Quadringentorum florenorum pecuniæ arendavit et
præsentibus ac aliis temporibus recedit Eandemque Inscri-
ptionem cum omnibus eiusdem Conditionibus punctis clausulis
et articulis cassat annihilat mortificat deleteratque penitus
et in aevum Sibi et Successoribus suis ratione præmissorum
perpetuum imponens silentium per suam præsentem recognitionem me-
diam Quod Actum firmatum est.

6/XI Actum in Castro Præ-



misslien[si] Feria Secunda post festum Omnium Sanctorum proxima
Anno D[omi]ni Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Primo
Coram Generosis Kiliano Drohoiowski a Drohoiow Surro-
gato Capitaneatus Præmislien[sis] Dobrogostio Zapolski
Notario Castren[si] Præmislien[si] Off[ici]o et Actis.

## Kopystenski donat Kreczkowski

Stans personaliter Coram Off[ici]o et Actis præsentibus Surrogati Ca- 54
pitaneatus Præmislien[sis] Nobilis Hryczko Kopystenski Iwasso-
wicz a Terris Districtibus Juribusque suis quibusvis proprijs ac
foro competenti recedens sese Jurisdictioni Castren[si] Præmislien[si] et
Successoribus bonisque suis omnibus quo ad actum et effectum
præsentis Inscriptionis attinet incorporans et subijciens Sanus mente et cor-
pore existens sponte palam ac per expressa recognovit Quia No-
bili Michaeli Kreczkowski et suis Successoribus bona sua hereditaria
in fundo villæ Kopystno iacentia post aream dict[am] Laczynski duo-
rum Ortholanorum ad loco dict[o] Przyglowski in Campo superiori con-
sistens inter Laboriosos Mikołaj Grosz Joannis Kormaniczki ex
una et Matthei Nobilis Fiedko Kuźmicz Kopystenski sub
dit[o] ex altera partibus sitt[a] necnon Campum in sorte sua hereditaria
ex utraque parte villæ Kopystno iacentem tam longo et lato
a villa usque ad pomerium prout et Campus dict[us] Hawankowski
Nobilis Fiedko Kopystenski Kuźmicz Cum omni iure dominio et
proprietate omnibusque eorundem bonorum attinentijs et pertinentijs fru-
ctibus Censibus proventibus Laboribus redditibus ac quibusvis uti-
litatibus ita prout ipsemet bona eadem ac antecessori-
bus suis heredibusque tenuit habuit et possedit nihil Sibi et Succe-
soribus suis in eisdem bonis iuris et dominij proprietatisque reser-
vando Jam ex nunc vero perpetuo et irrevocabili donatione
dedit donavit inscripsit et resignavit prout præsentibus dat signat